



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Cels[issi]mi ac rev[erendissi]mi principis Ferdinandi  
episcopi Paderbornensis ... Baronis de Fvrstenberg Votiva  
epigrammata, divis titularibus Luciae Virg. et M.  
Syracusanae, Liborio episc. ...**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**[S.I.], 1677**

Ejusdem Des. Meinvlpho, Paderbonensi Diacono & Indigena, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7730**

E J U S D E M  
**D E S . M E I N V L P H O ,**

*Paderbonensi Diacono & Indigena,*

*Qui multis clarus miraculis*

*In cœnobio Bodecensi, loco natali quiescit & colitur*

*111 Non. Octob.*

**N**on pietate minus quam sanguine & clarus avito  
 Meinolphus, Paderæ gloria prima suæ,  
 Heic situs est : postquam monuit tellure levandum  
 Sponte sua visus dissipasse & lapis.  
 Devenerare sacri custodem pignoris arcam,  
 Quisquis es antiquæ religionis amans.  
 Dic: Licet ostensum cervi inter cornua 3 Numeri,  
 Mystam oculis & captum, virgineumq; & peplum,  
 Et tot præterea miracula, quæ prior ætas  
 Et stupuit præsens, fas filuisse foret:  
 Virtutes, Meinolphe, tuas tamen ipsa sepulcri  
 Certarent, rupto marmore, saxa loqui.

N O T A E

1. Ea scilicet inter Saxones nobilitate, ut puerum de  
 sacro fonte suscipere dignatus fit ipse Carolus Magnus.

2 Post annos circiter ab obitu quinquaginta, sub Mis-  
 sa sacrificio coram omnibus lapis sepulcralis primum in-  
 star crucis divisus intonuit, deinde etiam in frusta mi-  
 nutus dissipavit.

3 Quo loco condendum Budicense Virginum monasterium erat, cervum vidi coram se genuflexum, & inter e-  
 jus cornua signum Dominicæ Crucis splendescere.

4 Meinhardus Attelensis prope locum cumdem Paro-  
 chus

chus ab apparente sibi ter Sancto , ut de elevando quam  
primum uti decreverat corpore Bisōnem Ep. Paderborn.  
moneret , imperii exequendi moram cœcitate luit: qua re-  
levatus est translatione peracta.

¶ Ad viventis adhuc Meinolphi preces Virginis Sancti-  
monialis velum ab igne, in quo ardebat, illæsum receptum  
est.

Hic ego, ut propositum initio fuerat , stare prælum jus-  
seram; cum simul & hypotheta nuntiat vacaturas in char-  
ta pagellas aliquot , & à Tua Humanissima Celsitudine  
adferuntur mihi Epigrammata elegantissima duo ; quæ  
quia confirmatam Tibi valetudinem pristinam, certam no-  
bis magis ac magis faciunt , non debent à præsumpto ar-  
gumento prorsus aliena videri : lectorem autem eo jucun-  
dius affident, quo Augustissimi Cæsaris felicitati boni om-  
nes favent impensius. Hoc ergo epimetron , bona cum ve-  
nia Tua, prioribus addo.



Q.M.I

PHL-

